Anna vidua fuit caſta q̄ ſteterat cum viro annis ſeptem tantum ⁊ vidua fuit vſq̄z ad annos octogintaquatuor. que nec deſcendebat de templo ieiunijs ⁊ orationibus vacans Luce. ij. Caſtitas non ſufficit ſola ad ſalutem ſi non alijs virtutibus et moribus bonis adornatur. Qđ oſtenditur in parabola de decem virginibꝰ vbi tot virgines fatue ⁊ excluſe ſunt. ſed ſapientes introducte ſunt. Quia fatue licet virgines caſte erant. oleum tamē bonorum operum non habebant. vt lucide habetur Mathei. xxv.

Capitulū. 28.

De caſu peccati.

Caſu peccati cadunt aliq̄n preſignati boni a vulgoribus predonati donis ſingularibus.

Cadunt aliquando viri boni in peccatum ⁊ reputati ſunt ſancti. ideo qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat. Nam lꝫ primi parentes eſſent in innocē-tia ſancti in loco tam eminēti ⁊ dominio ſatis propīqui nihilominus tamen ceciderunt Geneſis. iij. Loth qui bonus fuit inter malos egreſſus a ſodomis cum duabus filiabus ſuis cecidit in peccatū ſupurie. Gen̄. xix. Dauid qui fuit ſanctꝰ ⁊ electus a deo de graui peccato in grauius cecidit dum poſt adulterium in ſeruum dei fidelem homicidiū ꝑpetrauit. ij. re. xi. Judas cecidit ⁊ petrus qui erant diſcipuli chriſti ⁊ ſocij. quia vnus tradidit eum. ⁊ alius negauit eum. Mat. xxvi. Cadunt aliquando in peccato homīes dotati multis donis quibus ſe tueri debebant. Nam angeli ceciderunt qui fuerūt creati in celo. dotati multis dotibus. nullam habentes materiam inclinantem ad caſum vt dicitur Iſaie. xiiij. Salomon dotatus ſapientia cecidit qui cum amaret alienigenas mulieres ydola ꝑpter luxuriam peſſimam adorauit. iij Regum. xi. Fortiſſimus ſampſon qui cum mādibula mille viros occiderat et portas apportauerat ciuitatis deceptione mulierculę cecidit cecatus

ꝛ mortuus eſt. Judicum. xv.

Capituluꝫ. 29.

De confeſſione peccatoꝝ.

Confeſſionem peccatorum
efficit defecta accuſatio
Inficit erecta deſperatio
Minuit incepta iteratio
Conſulit recepta tribulatiō
Perficit accepta reputatio

Confeſſio peccatorum debet eſſe accuſatoria et nullum debet excuſare peccatum. Ad quod mouebat dominus adam vt cognoſceret ꝛ accuſaret peccatuꝫ ſuum ſed ipſe retorſit in deum ꝛ in mulierem ꝛ mulier in ſerpētem. Geñ. iij. Reprehenſus dauid a nathan peccatum ſuuꝫ patenter ꝛ humiliter eſt confeſſus. ij. Regum. xij. Similiter cognouit peccatum numerationis populi. ꝛ obtulit ſe pene portande. ij. Regum. xxiiij. Veniebant ad iohannem oēs populus iudea cōfitentes peccata ſua. mathei. iij. Mar. i. In cuius figura dixit chriſtꝰ leproſis. Ite oſtendite vos ſacerdotibus. Luce. xvij. Predicante paulo multi veniebant cōfitentes peccata ſua. Actuum. xix. Confeſſio peccatoꝝ debet eſſe cum ſpe venie. ꝛ nō cum deſperatione. Ideo cōfeſſio cayn non deo placuit nec ſibi profuit. quantūcunqꝫ peccatuꝫ recognouerint. quia cū deſperatione iniuſta fuit. Cū dixit. maior eſt iniquitas mea ꝙ vt veniam merear. Gene. iiij. Judas confeſſus eſt peccatum ſuum dicens. Peccaui tradens ſanguinem iuſtuꝫ. ꝛc. ſed ſibi non profuit. quia cum deſperatione fuit. Mat. xxvi.

Confeſſio peccatorum debet eſſe cum propoſito vlterius non peccandi. Ideo pharaoni dicenti. peccaui nō profuit illa confeſſio. quia non intendebat deſiſtere a peccato. nec derelinquere duritiam cordis ſui Exod. x. Simile accidit ſaul cum reprehenderet euꝫ ſamuel de inobedientia ad deum. i. Regum. xv. Sed quia dauid dixit illud verbuꝫ. ſcilicet peccaui cum intentione vlterius nō peccandi. Dixit ei nathan Tranſtulit dominus peccatū a te. ſecundo Regum. xij.

Confeſſionem inducit aliquando tribulatio et afflictio. cum